

VIRGILII AENEIS II

TEXTO

at me tum primum saevus circumstetit horror.
obstipui; subiit cari genitoris imago,
ut regem aequaeuum crudeli vulnere vidi
vitam exhalantem, subiit deserta Creusa
et direpta domus et parvi casus Iuli.
respicio et quae sit me circum copia lustrum.
deseruere omnes defessi, et corpora saltu
ad terram misere aut ignibus aegra dedere.
Iamque adeo super unus eram, cum limina Vestae
servantem et tacitam secreta in sede latentem
Tyndarida aspicio; dant claram incendia lucem
erranti passimque oculos per cuncta ferenti.
illa sibi infestos eversa ob Pergama Teucros
et Danaum poenam et deserti coniugis iras
praemetuens, Troiae et patriae communis Erinys,
abdiderat sese atque aris invisam sedebat.

REFORMULAÇÃO

at tum horror saevus circumstetit me primum.

obstipui; ut vidi regem aequaeuum exhalantem vitam
crudeli vulnere, imago genitoris cari subiit, subiit
Creusa deserta et direpta domus et casus parvi Iuli.

respicio et lustrum quae copia sit circum me.

omnes defessi deseruere, et saltu misere corpora ad
terram aut dedere aegra (corpora) ignibus.

Iamque adeo eram unus super, cum aspicio
Tyndarida servantem limina Vestae et latentem
tacitam in sede secreta; incendia dant claram lucem
erranti et ferenti oculos passim per cuncta.

illa, Erinys communis Troiae et patriae, praemetuens
Teucros infestos sibi ob eversa Pergama, et poenam
Danaum et iras coniugis deserti, abdiderat sese atque
aris invisam sedebat.